UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum occidere animalia bruta, vel etiam plantas sit pecaatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

aut minus dat, quàm ſit illi cōmēſuratū. Sic ergo eſt differētia q̄nque in re iudicata, ſ. q̄ eſt cōmutatio, uel diſtributio, ſed in forma iudicij oēs materiæ conueniū, pro quanto iudex nulli præter ſuā ꝓportionē, quaſi diſtribuit bona, & mala. Et ꝓpterea uitiū acceptionis pſonarū, qđ diſtributiuæ opponitur iuſtitiæ, in omni poteſt habere locū iudicio. Hic autem eſſe mentem authoris, etiā ex corpore articuli patet. ¶Super

q. 58. art. 10. ad 3. & q. 61. ar. 2. ad tertium.

cum habere poteſt perſonarum acceptio. F

Ad secvndvm dicendum, quòd cum punitur aliquis grauius propter iniuriam in maiorem perſonam commiſſam, nō eſt perſonarum acceptio, quia ipſa diuerſitas perſonæ facit, quantum ad hoc, diuerſitatem rei, ut ſupra* dictum eſt.

Ad tertivm dicēdum, quod homo in iudicio debet pauperi ſubuenire quantum fieri poteſt, tamen ſine læſione iuſtitiæ: alioquin non haberet locum illud, quod dicitur Exod. 23. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio. G

Qvaestio LXIIII.

De Vitijs oppoſitis commutatiuæ iuſtitiæ in octo articulos diuiſa.

Postea conſiderandum eſt de uitiis oppoſitis commutatiuæ iuſtitiæ. Et primo conſiderandum eſt de peccatis, quæ cōmittuntur circa inuoluntarias commutationes. Secundo, de peccatis, quæ committuntur circa commutationes uoluntarias. Cōmittuntur autem peccata circa inuoluntarias commutationes per hoc, quòd illi quod nocumentum proximo infertur contra eius uoluntatem: quod quidem poteſt fieri dupliciter, ſcilicet facto, & uerbo. Facto quidem, cum proximus læditur uel in pſona propria, uel in perſona coniuncta, vel in propriis rebus. De his ergo per ordinem conſiderandum eſt. Et primo, de homicidio, per quod maxime nocetur proximo. H

Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum occidere animalia bruta, uel etiā plantas ſit peccatum.

¶Secundò, Vtrum occidere peccatorem ſit licitū. I

¶Tertiò, Vtrum hoc liceat priuatæ perſonæ, uel ſolum publicæ.

¶Quartò, Vtrum hoc liceat clerico.

¶Quintò, Vtrum liceat alicui occidere ſeipſum.

¶Sexto, Vtrum liceat occidere hominem iuſtum.

¶Septimò, Vtrum liceat alicui occidere hominē, ſeipſum defendendo.

¶Octauò, Vtrum homicidium caſuale ſit peccatū mortale.

Articvlvs primvs.

Vtrum occidere quæcumque uiuentia ſit illicitum.

dist. 39. q. 2. ar. 2. cor. Et 2. contra ca. 112. fi.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ occidere quæcunque viuentia ſit illicitum. Dicit enim Apoſt. ad Roma. 12. Qui ordinationi Dei reſiſtunt ipſi ſibi damnationem acquirunt: ſed per ordinationem diuinæ prouidentiæ omnia viuentia conſeruantur ſ'm illud Pſal. 146. Qui producit in montibus fęnū, & dat iumentis eſcā ipſorum: egro mortificare quæcumque viuentia videtur eſſe illicitum.

¶2 Præt. Homicidium eſt peccatum ex eo, ꝙ homo priuatur vita: ſed uita cōmunis eſt omnibus animalibus, & plantis: ergo eadem ratione videtnr eſſe peccatum occidere bruta animalia, & plantas.

¶3 Præte. In lege diuina non determinat[ur ſpecia]lis pœna, niſi pro peccato: ſed occidenti b[...] ouem alterius ſtatuitur pęna determinat[a ... di]uina, ut patet Exod. 22. ergo occiſio bru[torum ani]malium eſt peccatum.

Sed contra eſt, quod* Auguſt. dic[it in 1. de ci]uit. Dei. Cum audimus, Nō occides, no[n ...] hoc dictū eſſe de fructetis, quia nullus e[...] nec de irrationalibus animalibus, quia [nulla no]bis ratione ſociantur. Reſtat ergo ut intel[ligamus de] homine, quod dictum eſt, Non occides.

Respon. Dicendū, quòd nullus pecc[at ex hoc,] quòd utitur re aliqua ad hoc, ad quod eſt. [In rerum] autē ordine imperfectiora ſunt propter [perfecto]ra: ſicut etiam in generationis via, natura [ab imper]fectis ad perfecta procedit. Et inde eſt, q[uod ſicut in] generatione hominis prius eſt viuum, d[einde ani]mal, ultimo autem homo: ita etiam ea, q[uæ tantum] viuūt, ut plantæ, ſunt communiter prop[ter anima]lia, omnia autem animalia ſunt propter [hominem.] Et ideo ſi homo vtatur plātis ad utilitatem [animalium,] & animalibus ad vtilitatem hominis, n[on eſt illici]tum, vt patet per Philoſ. in 1. Politic. In[ter alios au]tem vſus maxime neceſſarius eſſe uide[tur ut anima]lia plantis vtantur in cibum, & homin[es animali]bus, quod ſine mortificatione eorum fi[eri non po]teſt. Et ideo licitum eſt, & plantas mo[rtificare in] vſum animalium, & animalia in vſum h[ominum ex] ipſa ordinatione diuina. Dicitur enim G[en. 1. Ec]ce dedi uobis omnem herbam, & uniuer[ſa ligna, ut] ſint uobis in eſcam, & cunctis animan[tibus. ...] Et Geneſ. 9. dicitur. Omne quod mouet[ur & uiuit,] erit uobis in cibum.

Ad primvm ergo dicendum, q[uod ex ordi]natione diuina conſeruatur uita anim[alium, &] plantarum non propter ſeipſam, ſed p[ropter homi]nem. Vnde vt* Auguſt. dicit in 1. de ci[uit. Dei, iu]ſtiſſima ordinatione creatoris, uita, & m[ors eorum] noſtris uſibus ſubditur.

Ad secvndvm dicendum, qu[od animalia] bruta, & plantæ non habent uitam ratio[nalem, per] quam à ſeipſis agantur, ſed ſemper agunt[ur quaſi ab] alio, naturali quodam impulſu: & hoc e[ſt ſignum,] quòd ſunt naturaliter ſerua, & aliorum [uſibus ac]commodata.

Ad tertivm dicendum, quòd il[le qui occi]dit bouem alterius, peccat quidem: non q[uia occi]dit bouem, ſed quia damnificat hominem [in re ſua.] Vnde non continetur ſub peccato homic[idij, ſed] ſub peccato furti, uel rapinæ.

Articvlvs II.

Vtrum ſit licitum eccidere peccatores.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ non ſit licitū occidere homines peccatores. Dominus. n. Mat. 13. in parabola ꝓhibuit extirpare zizaniam, qui ſunt filii nequam, ut ibidē dicitur: ſed omne quod eſt ꝓhibitū à Deo, eſt peccatum: ergo occidere peccatorem eſt peccatum. K

¶2 Præt. Iuſtitia humana conformatur iuſtitię diuinę: ſed ſecūdū diuinā iuſtitiā peccatores ad pęnitentiam reſeruantur, ſ'm illud Ezec. 18. Nolo mortē peccatoris, ſed magis ut cōuertat, & uiuat.